

Pd. 42.



18
19
DISPUTATIO JURIDICA
CANONICO CIVILIS.

DE
IMMUNITATE
ECCLESIASTICA,

Quam
Auspicante Deo trino sub auspiciis
& praesidio

PRAE-ET NOBILIVM, CLARISSIMORVM, CONSULTIS-
simorumque Virorum ac Dominorum

D. WILHELMI KLEY J. U. Licentiatii & Profes-
soris Ordinarii & Juridicae Facultatis Dictatoris,

Nec non

D. JOANNIS NABBEN J. U. Doctoris, Profes-
soris Ordinarii ejusdemque Facultatis Fiscii,
In alma Universitate Coloniensi publicè,

Oppugnandam proponit

IOANNES MATTHIAS EYSS Confluentinus,
Die 28. Martii hora & loco consuevero.



COLONIAE AGRIPPINAE
Typis PETRI THEODORI HILDEN, Venerandae Facultatis Juridicae Typo-
graphi jurati & Ordinarii, Anno 1692.



REVERENDISSIMO, ATQUE EMINENTISSIMO DOMINO

DOM. JOANNI HUGONI,


Dei gratia Archiepiscopo Trevirensi, S. R. I. Principi Electori, ac ejusdem per Galliam, & Regnum Arelatense Archicancellario, Episcopo Spirensi, Administratori Prumiensi perpetuo Præposito Weissenburgensi, &c.

Domino meo Clementissimo.

Reverendissime, ac Eminentissime Archi-Episcope Princeps Elector, Domine Clementissime,



Heses, quas de Jurisdictione propugnandas suscepi, Hierarchicis tuis supplicibus sub jicio clavibus, aditus ad felicitatem Clientibus aperiendi symbolis, Archiepiscopali Dignitati propriis, Ecclesiastica jurisdictionis insignibus: hac subscripta Epigraphe: Clausa



Clausa recludunt. Clausa nimirū juris canonici penetrabilia,
Eminentissima Celsitudo sua quando Eminere in Jurispru-
dentia Romæ, Orbis metropoli quondam cœpit, omni ex par-
te Reclusit, ut nunc merito per illam in Iurisdictione
Ecclesiastica, Iurisdictione Eminentissimæ Celsitudinis suæ
perennet secularis, dum scilicet Populii in Clero, Lycurgi in
seculari Imperio extinguit fabulam, veram efficit hi-
storiam.

Accipe igitur Reverendissime, ac Eminentissime Prin-
ceps, profundissimæ observantiæ meæ, & submissionis ar-
gumentum, Tuæ in jurisprudentia Eminentia monumentum,
Theses meas glorioso Nomini tue mille nominibus de-
bitas, ut quam Immunitatem in iis propugno ad hanc mihi
aditus aliquando principali Electorali munificentia Tuâ
recludatur.

Eminentissimæ Celsitudinis Suæ

Clientis devotissimus

JOANNES MATTHIAS EYSS
Confluentinus.



T H E S I S I.

Immunitas ecclesiastica triplex, personalis, realis & localis definitur esse jus, quo personæ, res, & loca Ecclesiastica à communi onere seu obligatione laicorum libera sunt. *ita Canonist. communiter.*

II.

Libertas personalis Clericorum fundatur in utroque jure positivo tam canonico, *ut constat tot. tit. de judic. & for. ccmp.* quam etiam civili, *auth. statuimus C. de Episc. & Cler.* Præter hæc eam etiam jure divino competere, *ex capit. quanquam de censibus in 6. & ratione defendimus.*

III.

EX ea doctrina, juxta mentem *Concil. Trid. sess. 25. c. 20. de reform. & canones certa,* non obscure collegimus hanc immunitatem nulla consuetudine contraria, aut præscriptione etiam immemoriali aboleri posse. *auth. cassa. cod. de sacros. Eccl. capit. 1. de consuet.*

IV.

VI hujus privilegii personalis Clerici exempti sunt à jurisdictione laicorum, tam in criminalibus, quàm civilibus causis. *cap. nullus 2. de for. compet. cit. auth. statuimus, & c.*

A

V. Hæc

V.

HAc immunitate gaudent etiam clerici non solum in actione civili personali, sed etiam obtinere in actione reali contra modernos practicos, Gaill. i. observ. 37. Mynscent. i. obs. 22. intrepidè tuemur. ex auth. item nulla cod. de Episc. & clcr. capit. si clericus s. de for. comp. & aliis.

VI.

Adeo ut non solum in petitorio, sed etiam possessorio clericus conveniri nequeat in foro sæculari. capit. si diligenti de for. compet. L. nulli, cod. de jud.

VII.

Et ex hoc jurisdictionis defectu laicus iudex compellere non potest clericum ad testimonium dicendum, per L. final. ff. de jurisd.

VIII.

Dubium verò est, utrum clericus circa res ante clericatum gestas in foro sæculari ut laicus præventus, ibidem deinde ut clericus respondere teneatur: placet nobis distinctio Engel. tit. de for. compet. §. 6. n. 53. si criminaliter contra clericum agatur, aut in causa civili personali, negamus, in actione reali concedimus.

IX.

Clericus venditor in casu evictionis tenetur probabilius suum emptorem laicum coram sæculari iudicio defendere. juxta leg. venditor 49. ff. de judic.

X. Cle-

X.

CLericus quoque actor contra laicum in foro sæculari litigare debet, nisi causa sit privilegiata. *capit. si clericus, 5. Et capit. cum sit 8. de for. compet.*

XI.

Item acquiri potest laicis jurisdictio in clericos privilegio Pontificis quo ad particulares personas, & causas, *Card. in capit. perpendimus 23. de sent. excommunic.*

XII.

CLericus demisso habitu delinquens, aut cum habitu in flagranti crimine deprehensus, ac de fuga suspectus impunè capitur à sæculari magistratu, inde potestati Ecclesiasticæ tradendus *Abbas in cap. cum non ab homine 10. de jud.*

XIII.

CLericus etiam non suspectus de fuga capi potest à sæculari potestate ex mandato judicis Ecclesiastici, *per capit. ut fama 35. de sent. excommunic.*

XIV.

CLericorum nomine veniunt in hac materia, quæcunq; personæ quæ jure canonico Ecclesiasticorum nomine veniunt, juxta ea, quæ notantur à *DD. ad tit. de Regularibus, tit. ne clerici vel monachi, can. si quis suadente diabolo, Et c.*

XV.

Bona omnia Ecclesiastica gaudent immunitate reali, seu exemptione ab onere laicorum. *capit. quanquam 4. de censibus in 6.*

XVI.

Quibus annuera bona clericorum patrimonialia, quæ conditionem personarum sequuntur. *L. quæ religiosis 43. ff. de rei vindic. capit. accessorium de R. J. in 6.*

XVII.

Hoc privilegio bona omnia ecclesiastica eximuntur à tributis ordinariis, collectis novis, & extraordinariis, Gabellis, Pedagiis, Guidagiis, *per auth. item nulla Cod. de Episc. & Cleric. capit. non minus 4. de immunit. Ecclesiast. & passim DD.*

XVIII.

Verum sicut nulla regula tam firma, quæ non patiatur exceptionem, ita in bonis feudalibus, quæ clerici à Dominis sæcularibus recognoscunt, iudicium Domini sæcularis declinare non possunt. *capit. ex transmissa. 6. de for. compet.*

XIX.

Six bonis ante transitum ad Ecclesias certa quædam, & determinata onera invariabiliter soluta sint, eadem & postea persolvi debent, res enim cum onere transit. *Colligi-*

tur

tur ex Can. tributum 22. caus. 23. q. 8. L. si divina cod. de exact. tribut.

XX.

IN casu tamen necessitatis, aut utilitatis publicæ, æquum est ut clerici, cum sentiant commodum, sentiant & onus. *L. placet Cod. de sacros. Eccles. capit. non minus. 4. capit. adversus 7. de immunit.*

XXI.

DUmmodo omnes conjunctim conditiones, *datis CC. requisitæ adsint, aliàs contrarium firmissimè tenemus per text. CC.*

XXII.

SI quærat, an contra Bullam Coenæ hoc privilegium singulis annis sub excommunicationis pœna renovantem, non exceptio aut ignorantia, consuetudo vel præscriptio excusationem præbeant negativam propugnabimus.

XXIII.

Immunitate locali gaudent omnes Ecclesiæ etiam interdictæ, & pollutæ *capit. Ecclesia 9. de immunit.*

XXIV.

Quod privilegium locale extenditur etiam ad quæcunque loca religiosa auctoritate Episcopi erecta. *per L. omnia cod. de Episc. & clericis.*

Dicta immunitas eximit Ecclesias, ne in iis causæ criminales tractentur *capit. cum Ecclesia 5. hoc tit.* neque causæ prophanæ ad forum civile, & jurisdictionem contentiosam spectantes, adeò, ut processus careat omni robore firmitatis *capit. decet 2. de immunit.*

Ad hanc immunitatem spectat jus asyli, quod malefactores ad Ecclesias, & loca sacra confugientes tuetur, ne poenâ sanguinis affligi possint. *Can. reum 9, caus. 17. q. 4. cap. inter alia 6. hoc tit.*

Tamet si asylum hoc utroque jure firmetur, Canonico *tot. tit. de immunit. civili, tot. tit. de his, qui ad Eccles. confug.* inter canones tamen & leges si discrimen reperiatur, juri canonico standum etiam in foro sæculari sustinemus. *p. not. text. in capit. solita 6. de major. & obed.*

Asylum hoc Ecclesiarum non esse juris naturalis, aut divini, sed solum esse juris positivi humani, & ita per consequens, consuetudinem hic observari subinde posse, defendimus *cum Covarr. variar. Resolut. lib. 2. cap. 20. num. 4.*

HAc immunitate locali gaudent regulariter malefactores sacris canonibus specialiter non excepti. *capit. inter alia de immunit.*

HOc privilegio tuetur Ecclesia non solum laicos, sed etiam clericos suos *per text. Gener. Can. reum 9. Can. nullus 19. Caus. 17. q. 4.* intellige si de poena vindicativa clericis infligenda agatur, secus si de poena solum medicinali. *DD. committer.*

AB hoc immunitatis privilegio excipiuntur illi, qui ex *Bulla Gregorii XIV.* eo indigni reputantur. Quibus adde *capit. finale hoc tit.* excludens eos, qui spe immunitatis in ipsa Ecclesia, aut ejus coemeterio mutilationes membrorum aut homicidia committunt.

Sed anne poenalis haec constitutio ad alia delicta in Ecclesiis commissa extendi debet? affirmativa licet fundari non tam in verbis, quam mente legis videatur. Nobis tamen arridet negativa mitior. *juxta Vulg. capit odia de R. I. in 6to.*

UNde stante Bulla, *Cum alijs*, & casibus ibidem expres-
sis probabilius nobis videtur, occisorem in duello, ac
quemvis excommunicatum, imò hæreticos propter alia
delicta (excepto hæresis crimine) puniendos,
hoc refugio Ecclesiastico
frui.

F I N I S.





F. Hinc in hoc libro collationem offi-
ciorum simplicium demonstrat, ut
apparet, quod simpliciter non possunt
esse in 3^o reg. Michal de fructu
de Col. de offi.

DE SIMPLICITER

De offi. simpliciter non dicitur per se
esse, non simpliciter, sed simpliciter
quod, sed quod ad fructum
sunt per se. de offi. de reg. domin.

DE SIMPLICITER QUARTA

De offi. simpliciter interpretatio: inter
de offi. simpliciter. Et in offi. simpliciter
non curat per simpliciter, ab offi. simpliciter
de offi. simpliciter. De offi. simpliciter

DE SIMPLICITER QUINTA

De offi. simpliciter interpretatio: inter
de offi. simpliciter. Et in offi. simpliciter
non curat per simpliciter, ab offi. simpliciter
de offi. simpliciter. De offi. simpliciter



Kr 3497


(x225 8755)

WPA

[Handwritten signature]







JURIDICA
CIVILIS.

UNITATE
ASTICA,

no sub auspiciis
fidio
SSIMORVM, CONSULTIS-
ac Dominorum
J. U. Licentiati & Profef-
Facultatis Dictatoris,

N J. U. Doctoris, Profef-
que Facultatis Fisci,
Coloniensi publicè,
m proponit
S EYSS Confluentinus,
& loco consero.



GRIPPINAE
merandæ Facultatis Juridicæ Typo-
narii, Anno 1692.

18

